



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Exercitiorvm Spiritvalivm**

**Capilla, Andrés de**

**Coloniae, 1607**

Quando sitimus. Exerc. 31

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](#)

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, ad sustinendam amore ipsius omnem famē: & coniugendo nostram famem, cum ea quam Christus pro nobis passus est, offeremus Deo Patri eam in expiacionem nostræ intemperantiae & gulositatis.

*Quando sitimus.*

Ezai. 55. Omnes sitientes venite ad aquas.

Ioan. 7. Si quis sit in, veniat ad me & bibat.

Psal. 45. Situit anima mea ad Deum fontem viuum.

Psal. 36 Quoniam apud te est fons vite.

Psal. 68. In siti mea, potauerunt me acetum.

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus acerbam illam sitim, quam Christus in cruce passus est. Quia cum corpus ipsius sanguine vacuum esset, pieque iam innumerata tormenta & supplicia & tormenta, tota præterita nocte sustinuisse; attamen neminem habuit, qui ei vel unicum aquæ scyplum præberet.

*Gra-*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod constituerit se fontem aquæ viuæ, ut sitim nostrâ spiritualē sedaret: quodque ad hanc aquam omnes iuitet: nec quenquam, uti par est, illam querentem ab ea repellit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur: considerando crudelitatem & ingratitudiné nostram: quod cum Christus salutem nostram ardentissimè sitiat, nos illi contra fel amarissimum peccatorum nostrorum bibendum obtulerimus, perseverando in peccatis, & ad eadem iterum perpetrâda sæpius redeundo.

*Petitio.*

**P**Recabimur Dominum cum muliere Samaritana, ut nobis det semper aquâ illam, quam suis pollicetur, hoc est diuinam gratiam, de qua quiunque biberit, non sitiet in eternum.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, ad sustinendam amore ipsius qualis cunq; sitim: nostramq; sitim ei quam Christus in cruce

**EXERCIT. SPIRIT.**

71

cruce passus est coniungendo, suppli-  
cabimus ei, vt eam in expiationem  
sellis & aceti, peccatorum nostrorum  
quo ipsum potauimus, suscipit.

*Quando laboramus.*

Exercitium. 32.

Sap 9. Da mihi Domine sedium tuarum abi-  
stricem sapientiam, & mitte illam de cœlis  
sanctis tuis, vt mecum sit & mecum labo-  
ret, vt sciam quid acceptum sit cor amante  
cuncti tempore.

2. Tim. 2. Labora sicut bonus miles Christi  
Iesa.

Iob. 5 Homo nascitur ad laborem.

Sap. 3. Bonorum laborū gloriosus est fructus.

*Consideratio,*

**C**onsiderabimus, sententiā in pro-  
toparētes nostros à Deo, post man-  
dati sui transgressionē, latā : quod ni-  
mirum in sudore vultus sui vescituri  
essent pane suo. Adhæc cogitabimus  
Christum Redemptorem nostrorum  
vſq; ad sudorē sagittineum laborasse,  
vt nobis gratia sua panem lucrisa-  
ret.

*Gratia-*